



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Quadragesimum quartum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

## A Caput Quadragesimum tertium.

*De Sacerdote à calculo liberato.*

**S**ACERDOS quidam doctus & pius, calculidolores ferens intolera-  
biles, votum fecit, si beatus **ENGELBERTVS** ipsum intra biduum  
curaret, se cum muneribus eius sepulchram visitaturum. Curatus est  
ante biduum spe sua celerius, & promissū munus accuratè confecit.

Ecce voti  
efficaciam,

Notatio ad Caput Quadragesimum ter-  
tium.

B **M**anuscriptus Cæsarius Eckhardum & Eckhebertum Serchere.  
Sacerdotem de Serchere nominat, & dicit in itinere  
ad sepulchrum Martyris in domo vallis S. Petri miraculum  
sibi Cæsario retulisse.

## Caput Quadragesimum quartum.

*De Famulo in castro Hamerstein à Paralyse curato.*

C **H**ENRICVS Abbas Hemmenrodensis ex Ioanne Burggrauio ab  
Hamerstein didicit, quod dicturus sum: Quidam ex familia eius,  
omnibus in castro illo notissimus, diu oppressus paralyse, vt audinit mi-  
racula martyris **ENGELBERTI**, teto corde illum inuocans, votum  
suscepit. Ductus est Coloniam paralyticus, & inde ad castrum in colu-  
mis reuersus est.

Paralytic  
fit sanus.

Notatio ad Caput Quadragesimum quar-  
tum.

## D. S. Ioanne Burgrauio de Hamerstein.

**A**RX Hamerstein oppido eiusdem nominis Rhenoque Hamer-  
stein.  
ex præacuta rupe impendet, suos olim proprios habuit  
Comites: nam in historia S. Heriberti vulgabo tempore S.  
Henrici Imperatoris vixisse Ottonem Comitem de Hamer- vita s. Gos-  
tein; cuius vt incestuosi caput diris fuit deuotum, qui que ob hardi cap. 6.

Ii 3

Dicce-

Dioecesis Moguntinæ infestationem diuturnam arce sua A Hamerstein ab Imperatore Henrico pressus obsidione.

### Caput Quadragesimum quintum.

*De Monacho à dolore dentium liberato.*

Quidam  
dentiū do-  
lore libe-  
ratur.

**I**N Saxonia monasterium est ordinis Cisterciensis, quod Cellam vocant. Eius quidam frater adeo doluit dentes, ut somnum capere non posset. Nocte quadam supra vires cruciari se sentiens, has preces fudit: Domine Episkepe ENGEIBERTE, si verum est animam tuam degere a pud Dominum, adiuua me. Dixit sic, & obdormiuit. Postea cuigilans, doloris omnis expers deinceps fuit.

### Caput Quadragesimum sextum.

*De puella paralytica curata.*

Paralytica  
sanatur.

**I**N Westphaliæ pago Hagensi puella quædam pedibus ingredi non potuit præ paralysi. Diu sic vexata tandem perduci se petijt ad locum, vbi beatus martyr occisus est. Vedit id vir quidam, & salutem eius desperans, ait: Si hæc curata fuerit eo loco, quod proficiscitur, ego hoc saxum (digito illud demonstrans) eò deportabo. Venit puella ad locum opratum, & sanata est. Vbi id comperit vir ille, nocte tulit saxum, ne ab alijs irridetur, & ad locum deportauit, qui inde sesqui milliaria aberat.

### Notatio ad Caput Quadragesimum sextum.

Hagen.

**M**Anuscriptus viro Saxifero nomen tradit fuisse Harmu-<sup>D</sup>dum.

Hagensis pagus itinere duarum horarum Geuelsbergio abest, quem supra ad caput 5. lib. 2. innui, datum in antichresin, iuxta literas, ut vocant reuersales Adolphi & Margaritæ Cliuenium Marchiæque Comitum, eorumque liberorum, Adolphi ac Theoderici, anno 1392. 2. Maij.

Caput